

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6175

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1185, janvier-1188, 31 janvier]

Lieu d'émission : Caen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Henri [II], roi d'Angleterre, duc de Normandie et d'Aquitaine, comte d'Anjou, fait savoir qu'il a confirmé en faveur de l'abbaye Saint-Pierre de Préaux l'aumône faite par le comte de Meulan Robert [IV], avec l'accord de son fils aîné Galeran, pour le repos de l'âme du roi Henri le jeune, pour celles de ses propres ancêtres, pour son salut, celui de son épouse et de ses fils : dans la forêt de Brotonne, la coutume d'un forestier et deux charrettes pour transporter jusqu'à l'abbaye tout ce qu'un forestier perçoit de la coutume, notamment le bois de chauffage suffisant pour l'infirmerie de l'abbaye ; une charrette, un cheval et deux hommes à la coutume du forestier pour suivre les gloiers du comte et recueillir tout ce que ceux-ci laisseront derrière eux, branches, fourches, excepté le gros des arbres, sans que les gloiers, forestiers, agents du rivage, verriers ou autres agents comtaux ne puissent les en empêcher. Ce bois, transporté sur le rivage de la Seine, sera séparé de celui du comte et acheminé à l'abbaye, franc de toute coutume, dans un bateau distinct de ceux du comte. Si, faute de gloiers, les moines ne peuvent ramasser leur bois, ils recevront chaque semaine des mains du forestier, à la place de la coutume de la charrette, un hêtre. Robert [IV], comte de Meulan, a donné tous ces biens pour l'usage propre des moines, sans que ceux-ci en puissent faire commerce ; il a ajouté une manse de terre dans un lieu approprié pour loger le sergent des moines, chargé de surveiller leur bois sur la rive, qui pourra acheter librement de quoi boire et manger, aura la libre coutume du mort bois et devra faire serment au comte de ne pas lui nuire.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCLXXVI, t. 2, p. 294-295.

b. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° B71, p. 295-297.

Indications

Delisle Léopold, *Études sur la condition de la classe agricole et l'état de l'agriculture en Normandie au Moyen Âge*, Évreux, Hérissey, 1851, p. 442-443, n. 1. Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, p. 119, n° 353. Vincent Nicholas, *Acta of Henry II and Richard I, Part 2*, a supplementary handlist of documents surviving in the original in repositories in the United Kingdom, France, Ireland, Belgium and the USA, Richmond, Surrey, List & Index Society (Special Series, List & Index Society ; 27), 1996, n° 1922H.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir ROUET, Cartulaire de Saint-Pierre-de-Préaux, n° B71, p. 296.

Texte établi d'après b

Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse subscriptam rationabilem donationem quam Robertus, comes Mellenti, fecit ecclesie Sancti Petri de Pratellis et monachis ibidem Deo servientibus pro anima H(enrici) regis, filii mei, et animabus antecessorum suorum et salute sua et uxoris sue et filiorum suorum concessione et assensu Waleranni, primogeniti sui, de duabus quadrigis in Brotona, quas dedit eis et concessit et carta sua confirmavit habendas ad consuetudinem forestarii, ut scilicet quicquid forestarius de consuetudine in ea accipere debet, hoc idem monachi accipiant et hee due quadrige ad abbatiam Pratelli predictam consuetudinem deferent, ita quod infirmaria Pratelli ex ea consuetudine ignis convenienter habeatur. Ex donatione ejusdem comitis unam quadrigam in eadem foresta cum uno equo et duobus hominibus ad eandem consuetudinem forestarii et ad sequendum gloarios comitis et quicquid eis supererit illi quadrige accipere licebit, videlicet in branchis et in furcis, preter grossum arboris ita quod gloarii vel forestarii vel riparii vel viridarii comitis vel alii ministri hanc consuetudinem nullo modo diffortiare possint vel impedire. Hec autem quadriga ad ripam Secane ligna deferet et extra lignaria comitis deponet, ut inde ad abbatiam per aquam deferantur libere et quiete ab omni exactione et consuetudine ab alia tamen nave quam a consuetudinaria nave comitis. Et, si gloarii in foresta non fuerint vel defensione comitis vel suorum vel aliqua causa, monachi unaquaque septimana pro consuetudine istius quadrige unam fagum in loco competenti per manum forestarii accipient, et pro defectu forestarii inde non disturbentur, ita quod has consuetudines et libertates libere et quiete in perpetuum possideant, solummodo ad proprios usus ejusdem domus sine alicujus mercimonii exercitio, secundum quod in carta comitis continetur, ita quod nullus suorum eos inde vexare vel inplacitare presumat aut aliquam molestiam inferre. Ex dono ipsius comitis, unam mansuram in loco convenienti ad servientem illorum hospitandum qui erit quietus de hoc quod emerit ad comedendum et bibendum et habebit liberam consuetudinem mortui bosci, ita quod homo ille, qui ex parte monachorum custodierit ligna eorum ad ripam, faciet comiti juramentum quod non patietur dampnum suum. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia Sancti Petri de Pratellis et monachi in ea Deo servientes omnia predeterminedata habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice com omnibus prescriptis et prenotatis libertatibus et liberis consuetudinibus, sicut memoratus comes Mellenti Roberus concessit eis et dedit, sicut carta ejus testatur. Testibus : Walterio, Rothomagensi archiepiscopo ; H(ugone) Dunelmensi et H(enrico) Bajocensi episcopis ; H(ugone), Convintrensi electo ; comite Willelmo de Mannevilla ; Willelmo de Humetis, constabulario ; Willelmo, filio Radulfi, seneschallo Normannie ; Alveredo de Sancto Martino ; Willelmo de Mara. Apud Cadomum.